NOS ALBERTVS·LIBER BARO·A SCHLEINITZ·IN·TOLLENSTEIN·ET·SCHLOKE
naw Sacræ Cæsareæ, et Regiæ Maiestatis Consiliarius & Camerarius etc. et Adamus liber Baro, a Schleinitz et Schlokenaw etc. Uniuersis ac singulis hasce nras presentes lecturis & audituris; Salute ac Officiorum nrorum commen-
datione premissa notum ac testatum facimus: Admodum Reuerendum Dominum Valentinum Augustum a Schoenbegk, Monasteriorum Sedlicensis, et Scalicensis Abbatem, Diploma Diui Henrici Septimi Inuictissimi Romanorum Imperatoris, ac Lucembur-
gensis Comitis etc. Sigillo ex rubro Serico, eiusdem Maiestatis pendente comunitum nobis obtulisse ac petijsse, quatenus illo viso, lecto et auscultato hisce nris inscribi de verbo ad uerbum iuberemus: cuius iuste expostulationi, nos morem gessimus, et supra nominatum Di-
ploma citra omnem adiectionem et imminutionem, cum omnibus sententijs ac Paragraphis inscribi iussimus. Quod est teroris talis. Henricus Dei gra Romanorum Imperator semper Augustus ac Lucemburgen: Comes. Vniuersis Sacri Romani Imperij fidelibus ac alijs
presentes litteras inspecturis, quos oportunu nosse fuerit, in perpetuu gram nram & beneuolam uoluntatem. Regum Regi cuius ineffabili clementia in specula dignitatis Imperialis constituti Romani Imperij molimina gubernamus, prestare obsequium arbitramur
cum omnibus Christianis ac cunctis nri Imperij subditis pacem & comodum preparamus, & eorum meritis nram munificentiam & liberalitatem impertimur, ac exhibemus. Sane igr licet Nobilis Henricus de Schoenbegk fidelis nr dilcus ex predecessoribus suis At-
tauis proauis et auis cum sua posteritate titulo & aris ac militaribus Ornamentis ex longo fuerit insignitus, ac de munificentia Illustrium Antecessorum nrorum Romanorum Imperatorum annos ante quingentos dotatus de nro tamen [illegible] titconis ardore quo ipm
complectimur [illegible] habito respectu virtutum ac meritorum pfati Henrici Schoenbegk ac fauorabilr ad ipsius actus pios ac strenuos in [illegible] quibus culmini nro assiduo peruigil non parcens periculo personeq ac substantie sue placere meruit et pro nro ac Impe-
rij nri statu cum alijs multis locis, tum potissimum ad Vrbem Romam cum Emulos & aduersarios [illegible] dux [illegible] & fortunam sibi contrariam volens impedire coronationem [illegible] experiret strenue & laudabilr desudauit. ad
ipius eleuationem emeritam inclinatione quadam ducimur naturali, vt in illo liberalitatis & gre nre Cesaree vestigia relinquerimus & testimonium meritorum ipius nobis sinceriter pstitorum exhiberemus. Quodcirca de speciali Maiestatis nre mu-
nificentia: ipm per manus nras cum multis nris alijs Nobilib fidelibus nris dilcis tempore Coronationis [illegible] in Romanum Imperium super glorioso solio nro Cesareo Ensis publico verbere insignuum & in Equitem creatum et noiatum legitime & huius-
modi ornamento meritis ipius competenti, insignitum oibus & singulis cuiuscunq gradus et conditionis [illegible] tam alior q Imperij nri subditis denunciatum pntis scripti patrocinio vt merito amplioribus nre gre fauoribus ipm sentiant exaltatu declara-
mus annunciamus et confirmamus. Decernentes eundem sepe noiatum Henricum Schoenbegk vt verum [illegible] Equitem omni dignitate et iure optime frui debere et valere quo ceteri hoc Equestris dignitatis splendore insigniti gaudere consueue-
runt. Nulli ergo hominum liceat paginam nre gre et munificentie infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire: quod qui facere psumpserit grauem nre Matis offensam, se nouerit incursurum. Testes huius rei sunt Venerabiles Henricus Colonien:
Balduinus Treuiren Ecclesiarum Archieppi Illustres Rudolff Saxonie Valdemarus Brandenburgen Leopoldus Austrie Duces. Spectabiles quoque Bartoldus de Hennenburgk Vdalricus Luemburgen. Ditenow de Castello Comites et alij quam plures
fide digni. In cuius rei testimonium pntes scribi et nre Matis Sigillo iussimus comuniri. Datum in Castris apud Imperialem montem supra Florentiam per manus Venerabilis Henrici Tridentini Epi: aule nre Cancellarij pdilcti ac Principis.
viij kl Februarij Indice xi. Anno domini Millesimo Trecentesimo Tertio decimo. Regni nri anno quinto Imperij vero Primo. Que omnia et singula ita se re vera tam in parte quam in toto in ipso authentico originali, non rasa nec cancellato ac
ab omni prorsus suspitione libero habere, fide et conscientijs nris attestamur. In cuius rei testimonium hasce nras manibus [illegible] proprijs subscripsimus, et Sigillis nostris maioribus comuniri curauimus. Datæ Sedlicij Anno domini Mil-
lesimo Sexcentesimo Septimo, die vigesima quarta Maij.

Albertus Baro a Schleinitz
Manu pp.

Adam freyherr von Schleinitz
Wittlengstt [illegible]
Manu pp.

No 4 10

2